

P A L A E O P H Y S I O L O G I A
D E I N S P I R A T I O N E
P R I N C I P I I V I T A L I S

Cum Physiologia hoc in primis saeculo maximis incrementis §. I. Recen-
locupletaretur, tum a physicorum et mathematicorum sol tiores phy-
lertia, tum ab anatomicorum sagacitate: hac nouarum diuitiarum siologi cur
possessione quasi elatior et superbior facta, multa et amplissima pri- principium
stinae disciplinae bona contempsit, contemtaque prorsus amisit; vt vitale in re-
nesciam, an iacturam accessio consoletur. Enim uero cum ad sin- spiracione
gularum partium functiones et necessitudines omnis nuper differen-
di et obseruandi diligentia conuerteretur: generales illi interim
ac principes physiologie loci, in quibus summa naturae huma- negle-
nae versatur, deserti propemodum ac derelicii, vel certe mechani- rent.
corum erroribus facti sunt horridi atque inculti. Quibus errori-
bus nisi obstitisset G. E. Stahlii, subtilissimi atque doctissimi homi-
nis, constantia, verendum erat, ne omnis notio viui animalis in
physiologia euansceret, eiusque apud ipsos naturae humanae scru-
tatores memoria extingueretur. Ipse Hallerus, vir infinitae scien-
tiae omnis generis doctrina et obseruationibus partae, cum irritabi-
litatem illam suam, in qua vis esset vitalis motus vni fibrae
musculari tribueret, eamque vim ab omni tum neuorum actione
tam animi societate prorsus seiungeret: mechanicorum discipli-
nam videtur non tam destruxisse, quam sua quadam subtilitate ex-
poluisse atque exornasse.

A 2

Cum